

Avenionensem concernentes quae a tanto tempore in hoc archivio inter innumera alia confuse vagabantur et vix unquam reperiri poterant, iussit alligari et suo stemmate desuper insigniri illustrissimus et excellentissimus D. Friedericus Mauritius Gonterius nunc archiepiscopus Aven. sedens foeliciter hoc anno 1711.

Chartular von Cormery. Bibl. v. Tours 728 (nicht 738 wie Bourassé angibt).

fol. 19 Joachimus Perionius Benedictinus Cormoeriacenus Benedictinis Cormoeriacenis tam iis qui nunc sunt quam qui sunt futuri S. P. D.

Cum amor scientie quo natura incensi sumus omnes, me impelleret ut ea omnia quae ad coenobii nostri originem, progressum, constitutionemque pertinerent, cognoscerem, idque me consequi posse non putarem, nisi et a quo conditum institutumque esset, et a quibus iam institutum opibus atque sacerdotiis auctum ornatumque fuisset, et in iis distinctio temporum adhiberetur, id est quo abbate vel quibus donata essent, aut quae a quibus gesta actaque essent, intelligerem, equidem omne studium diligentiamque adhibui, ut eorum omnium quam possem rationem tenerem. Nam consyderato inspectoque quam potui diligentissime tabulario, in quo omnes tabulae literaeque publicae custodiuntur, ex ratione collationeque temporum non solum ordinem quo quisque ad coenobii gubernacula sedisset, verum etiam quid a quoque actum gestumve esset, et quid a quo donatum, notavi. — Collegi enim in unum volumen a prima coenobii origine usque ad hunc annum id est M. quingentesimum primum et quinquagesimum omnia quae ad hoc institutum meum pertinere iudicavi, quae quo facilius legi cognoscique a vobis possent, a Guillelmo de Bosco, Gal. de Boys, qui multum delineandis literis describendisque libris valet, describenda magno locavi, cum eadem ipse latino sermone ante explicavissem. — Valete. In coenobio nostro Cormaricensi anno post Chr. natum 1551, pride Cal. Julii.

Dazu unten von neuerer Hand: Migravit e vita dictus Joachim Perionius anno 1559, natus fuerat in hac urbe Cormaricensi.

Boulogne sur Mer.

Chartul. Folcuini. Auf dem ersten Blatt die Liste der Aebte.

Nomina abbatum huius loci.

Sanctus Bertinus primus abbas. Goldbuchstaben.